



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 20. Essentiæ nomen à Cicerone nouatum esse. Emendatus Seneca
ex epistolis locus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

hanc huius vetustæ consuetudinis ignoratione deprava-
am. Nam & libro tertio Carminum, vbi vulgò est,

vos o pueri & puella

Iam virum ex parte male ominatis

Parcite verbis;

Ex quo alij fecerunt, *male nominatis*: plerique veteres
non habent, *maled ominatis*. quod vt verum est, & li-
bro primo Epistolarum:

Omnes crede diem tibi diluxisse supremum.

Ex quo factum est, *tibi diluxisse*. Est autem ita locu-
tus Horatius, vt Liuius in illo: *Hic sciciosus vltimus*

Scipioni illuxit. Apud Plautum quoque in Ru-
dine, in extrema fabula, vbi vulgò ita legitur:

Tibi propino decuma fonte: tu tibi inde, si sapi.

non habeo dubium, quin ita legendum sit:

Tibi propinod eccum a fonte: tu tibi inde, si sapi.

Propinod enim conseruo propinat: & eum iubet vi-
uum sibi ipsum miscere. Quin etiam lib. xliii. Di-
gestorum, sub titulo, Ne quid in loco publico vel iti-

terio fiat, vbi legitur: *Idem ad. si odore solo locus pestilen-*

sus fiat, non esse ab re de ea interdicto vti: legendum

ad. si odore solo locus pestilens fiat, non esse ab re de eo interdicto vti.

Essentia nomen à Cicerone nouatum esse. Emendatus

Seneca ex epistolis locus. CAP. XX.

MAGNAM saeculo suo laudem consecutus est &
dicendi facultate, & philosophiæ scientia & gra-
uitate moru Ser. Flavius Fabianus: multaq. de eo cum

alij, tum locupletissimus testis Seneca honorificentis-
sime scripsit. Is cum philosophiam ciuitate donare

vellet, multa vocabula nouauerat: neq. enim aliter fie-
ri poterat; cum in Graeco quoque sermone, qui Ro-
mano immensum quantum copiosior est, veteres illi

necesse habuissent multa procudere. Putabatur enim
 primus, quam Græci *vsiam* dicunt, eam Latine *pro-*
sentiam nominasse. Ita certe Quintilianus credidit, qui
 libro secundo, cum rhetoricam à quibusdam Latini-
 loquentibus oratoriam aut oratricem vocari dixisset,
 & hæc, inquit, interpretatio non minus dura est, quam
 Flauij essentia. & libro tertio: *vsiam, quam Flavius*
sentiam vocat, neque sanè aliud est eius nomen Latinum. In
 libro octauo: *Multa ex Græco formata noua, ac plerumque*
Ser. Flauio: quorum dura quedam admodum videntur
essentia, quæ cur tantoperè aspernemur, nihil videtur
quod iniqui iudices aduersus nos sumus: ideòque, prope-
rate sermonis laboramus. Primus tamen eam vocari
 finxerat Cicero: sed quod eam Fabianus primus
 triuisset, quodque alias multas fabricatus esset, hinc
 quoque origo ad eum referebatur. Sed eam Cicero
 vindicat Seneca epistola LXX. nisi quod locus cor-
 ptus, ne id vulgò animaduertatur, impedimento est.
 Ita enim legitur: *Cupio, si fieri potest, propitius auribus tuis*
quid sentiam dicere. sin minus, dicam & iratis. Cicero
 nem auctorem huius verbi habeo, puto locupletem.
 Si recentiorem quæris, Fabianum, disertum & elo-
 quentem, orationis, etiam ad nostrum fastidium mi-
 da. Sed pro illo *quid sentiam*, omnino legendum est
essentiam. alioqui enim cuius illos verbi habere se au-
 ctores diceret? Idque manifestò declarant, quæ statim
 sequuntur: *Quid enim fiet mi Lucili? quomodo dicam*
OTΣΙΑ, res necessaria naturam continens, fundamentum
omnium? Rogo itaque permittas mihi hoc verbo
 uti. Quanquam autem res aperta est, ne quis tamen
 calumniatur, alium testem in eam rem dabo. Is est
 Sidonius Apollinaris: cuius hæc sunt ex epistola qua-
 dam ad Polemium: *Lecturus es hic etiam nouum ver-*
bum,

... id est, *essentiam*. sed scias hoc ipsum dixisse Cicero-
nem. Nam *essentiam*, nec non & *indoloriam* nominavit, ad-
dicens: *Licet enim novis rebus nova nomina imponere*. & re-
spondit dicens: Nam sicut ab eo quod est, verbi gratia, *sape-
re* & *intelligere*, *sapientiam* & *intelligentiam* nomi-
navimus regulariter, & ab eo quod est *esse*, *essentiam*
non taceamus. Jam igitur qui ad Nizolij epulas bel-
lissia inferunt, *essentiae* nomine auctiorem eius librum
faciant licet. *Indoloriam*, me quidem auctore, non ad-
ferunt, nam & apud Sidonium ipsum *indolentiam* legi
libere arbitror.

FINIS.

APPROBATIO.

*In hoc Variarum lectionum volumine nihil
reperitum est, quod fidei sinceritati ac in-
tegritati contrarietur.*

Valterus vander Steeghen S. Theo-
logiae Licentiatus, & Ecclesiae Ant-
werpiensis Canonicus.

d s INDEX

Lucetti
lectiones

II
5